



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Otho Ep. Pomeran. Apost. 2. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

(quippe dulci semper Musicæ assueti) tunc tamen terræ cantus probarunt : nec hodie puto facilius aures Marianis præbent, quam MARIAM MARIA verbis laudantibus , tunc præsertim, si vox Virgo accedat, quam dicere ausim tam libenter audiunt Angelii, quam nos Angelorum audimus. Ex Hist. Evang.

Sit in singulis Mariae anima, ut magnificet Dominum; sit in singulis spiritus Marie, ut exultet in Deo : nam et si secundum carnem una mater est Christi, secundum fidem tamen omnium fructus sunt Christus. S. Amb. l. 2. Com. in Luc.

S. OTHO EP. POMERAN. APOST.

Iulij.

OTHONEM Pont. Bambergæ Suevia donavit. Præter Xenodochia, structa que vel reparata tempa quamplurima, monasteria ex ædificavit XXI. Hominum Deo sacratorum aspectu præcipue delectatus, gaudebat his sive sacrificaturis, sive ad mensam accubitus ministrare & fercula osculo condire. In Pomeranianum cùm movisset superstitione expugnaturus, multæ illi pugnæ fuisse sed victor, etiam cùm vapulareret, abivit. Tandem manus dedit Regio, postquam Pont. verbis blandis & munusculis captos duos adolescentulos, illi alios, hi alii iterum alios & parentes deniq; ipsos ad sacra nostra induxerunt. Ita post OTHONEM Apostolos Pomerania pueros habuit, quos, ubi sacro fonte iustrati sunt, à profanorum societate remotissimos voluit, ut neque jam Iesus illis communis esset, quorum mores dissimiles esse oportebat. Bambergam redux vitam reliquam egenorum.

rum subsidio porrò impendit , magno opera pre-
cio. Nam vidit nonnemo in altissimo monte (O-
lympum dices) ab omnis ætatis & sexus homi-
nibus palatum OTHONI è solidis gemmis ador-
nari. Quid igitur superbia architectos toto orbe
conquiris , yt cælum tibi in terris struas , quando
obvios hos quotidie habes ? Si nescis , cæci sunt
qui aream rectè designabunt : claudi sunt , qui tam
pulchra saxa convehent ; manci debilesque rectè
absolvent , & in cælum tam nobile ædificium edu-
cent. Ex DD. Bamberg. Gretseri.

Dulcis Domini IESU memoria , ô juvent ! fra-
semper inhæreat in mente tuâ : ut exercitationu-
rue cursus palmae coronam accipiat. Tempus enim
instat , in quo strenui premia , ignavi ignominiam
accipiunt. S. Ephrem de Exercitatione.

S. LANDFRANCVS EP. 3, Iulij.

Nobiles cunas LANDFRANCVS Papiae Italie
urbe habuit nobiliores nutrices , Musas. Ha-
rum in sinu non profanam modò , sed & sanctio-
rem sapientiam imbibit , ut Lumë Magisterq; Theo-
logorum jam tum audiret. Sed poterat hic Magi-
ster amplius in fortunæ ludo quid discere. Ecce
enim dum Gallias petit , in uno omnes captivæ
bonæ artes abducuntur. Tulit ægrè ab initio ser-
vitutem tam liberaliter educatus ; obstrepentibus
puto in vinculis , liberioribus , è novem , Sororibus.
At rectius severiorcs monuere. Et , nimirum , aje-
bant , hoc tuis fortuna didactrum etiam Magister de-
bebæs ; discipulus sanè hujus , si in captivo liberum
errare animum nescias. Si poëta , absolves fabu-
lam : si orator , persuadebis animo deditionem.
Iam Philosophus Orbem , etiam in hoc angusti-

4. Iu-
carce
gister
vinci
pit a
cano
sanct
rit. S
ruere
rent.
etian
LIX
& ap-
men
noldo
H
de fu-
corpor
nstru
dam
mus.

S. M
larun
Hung
culè
vit ,
lingu
cios
ciliici
santi
exci